

gnouisses & tu. Non enim erant digni percipere diuinitus inspi- ratas scripturas que narant Christi mysterium, quoties enim le- gitur Moyses velamen obnubilat cor eorum. Et quia non sunt intruisti veritatem indignos se fecerunt salute que manat a Chri- sto, vnde sequitur. Et quidem in hac die tua que ad pacem tibi. E V S E. Vbi notat suum aduentum ad pa- cem totius mundi factum fuisse, venit enim ad hoc, vt pacem pre- dicaret ppinquis & logings: sed qa annun- ciata sibi pace recipere noluerunt, hoc eos la- tebat, vñ subdit. Nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Et ió obfationem, qua in breui erat ei super- uentura expressissime pronunciat subdens: Quia veni, di in te: & circunda te ini, tui vallo. G R E. Vbi Romani principes de- nunciantur. Illa enim hierosolymorum subuersio describitur, que a Vespasiano & Tyto Romanis principibus facta est. vnde subdi- tur: Et circundabunt te, & coangustabunt te vñ dique & ad terram proster- nent te, & filios tuos qui in te sunt. E V S E. Quomodo autem hæc completa sint, ex his que tradita sunt a Iosepho colligere pos- sumus, qui cum esset Iudeus, singula quoque gesta narravit conse- ne his que sunt a Christo prædicta. G R E G O. Hoc quoque quod additur: Et non relinquent in te lapidem super lapidem. Et ipsa iam eiusdem ciuitatis transigratio testatur, quia dum nunc in eo loco constructa est, vbi extra portam Dominus fuerat cruci- fixus, prior illa vt dicitur hierusalem funditus est euersa. Cui ex hæc culpa euersionis poena fuerit illata subiungitur: Eo qd nō co- gnō. tem. visitationis tuæ. T H E O. id est mei aduentus. veni enim visurus & saluaturus te. Quod si cognosceres, & in me crederes, es- ses pacata Romanis, & ex omnibus exempta periculis, sicut omnes qui crediderunt in Christum euaserunt. O R I. Non nego igitur & illam hierusalem propter habitatorum scelera fuisse de- structam: sed quæro ne forte ad hanc hierusalem stertus iste per- tineat. Si enim post mysteria veritatis aliquis peccauerit plangetur. Nemo enim gentilis stertur: sed ille qui fuit de hierusalem, & esse cessauit. G R E. Redemptor enim noster per electos suos plan- gere non cessat, cum quosdam ex bona vita ad mores reprobos per- uenisse considerat, qui si damnationem suam que eis imminet ag- nouissent, semetipsos cum lachrymis electorum plangerent. Suã autem diem hic habet anima peruersa, que transitorio gaudet in tempore, Cui ea que ad sunt ad pacem sunt, dum ex rebus tempo- raliibus lætatur, hæc providere futura refugit, que presentem læti- tiam perturbent. vnde dicitur. Nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. O R I. Fletur autem & nra hierusalem qd post pec- cata circundant eam inimici, id est, spūs nequā, & immitunt in cir- cuitum eius vallum, vt obfident eam, & lapidem super lapidem non relinquant, maxime si post multam continentiam, si post ali- quot annos castitatis victus quis fuerit & blandimentis carnis il- lectus, patientiã pudicitiamque amiserit, si fuerit fornicatus, lapidem super lapidem non relinquent in eo secundum illud: Non recorda- bor primarum iustitiarum eius. G R E. Vel aliter, Maligni spūs animam a corpore exeunte obfident, quam in carnis amore pō- sitam deceptoris delectationibus fouent, qui vallo circundant: quia ante mentis eius oculos reductis iniquitatibus quas perpetra- uit, hanc societate suæ damnationis coartant, vt in ipsa extremita- te vite deprehensa, a quibus hostibus circūclusa sit videat, & ta- men euadendi aditum inuenire non possit: quia operari iam nō li- cet bona, que cum licuit agere contempit. vndique etiam animã K coangustant, quando ei non solum operis, verum etiam locutionis atque cogitationis iniquitates replicant, vt que prius se per mul- ta dilatauit in scelere, in extremum de omnibus angustetur in re- tributione. Tunc autem anima per conditionem reatus sui ad ter- ram confertur, cum caro quam vitam suam credidit, redire ad puluerem vgetur. Tunc in morte filii illius cadunt, cum cogita- tiones illicitæ que modo ex illa prodeunt in extrema vite vltione dissipantur, que etiam cogitationes per lapides significari valent. Peruersa enim mens, cum peruersæ cogitationis peruersionem ædificat, quasi lapidem supra lapidem ponit, sed cum ad vltionem suam anima ducitur, omnis cogitatio constructio dissipatur. Præquam autem animam Deus assidue visitat præcepto, aliquando flagello, aliquando autem miraculo, vt vera que nesciebat audiat, & ea contemnens a dolore compuncta redeat, aut beneficiis deuota, malum quod fecit erubescat. Sed quia visitationis suæ tempus non cognoscit in extremo vite traditur suis inimicis.

Hom. 38.

Hom. 38.

Hom. 39.

F f G R E. in Hom. Qui narrauerat mala ventura protinus tē- plum ingressus est, vt de illo vendentes & ementes eieceret, ofen- dens qd ruina populi maxime ex culpa sacerdotum fuit. vnde di- citur: Et ingressus in templum, cepit eiecer ven. in illo & emen- tes. A M B. Deus enim templum suum nō mercatoris vult esse diuersorium, sed do- micilium sanctitatis, nec vendibili religio- nis officio, sed obse- quio gratuito vltum ministerij sacerdotu- lis informat. C Y R. Erat autem in tēplo multitudo mercato- rū, qui vendebant ani- malia ritu legis ma- standi in hostiis, sed iam aderat tēpus desi- nendi vmbra, refu- gendi vero Christi ve- ritatem. ob hoc Chri- stus qui cum patre fi- mul colebatur in templo, iussit ritus corrigi legis, fieri vero tem- plum orationis domum. vnde subditur: Dicens illis: Scriptū est, quia domus mea domus orationis est, vos autem fecistis eā spelun- cam latronum. G R E. Qui enim ad accipienda munera in tem- plo residebant, quia quibusdā non dantibus leſiones exquirent, dubium non erat. T H E O. Hoc etiã dñs fecit in principio præ- dicationis suæ, vt narrat Ioannes, & nunc iterum illud fecit, quia ad maius crimen Iudeorum redudat, qui non fuerunt ex priori admonitione castigati. A V G. de Quæst. euang. Mystice autem templum ipsum hominem Christum intelligas, vel etiam adiu- cto corpore eius qd est ecclesia. secundum autem id quod est caput ecclesiæ dicitur. Soluite templū hoc, & in triduo suscitabo illud. secundum id vero qd est adiuncta ecclesia, intelligitur templum de- quo videret dixisse: Auferete ista hinc. significatur enim futuros in ecclesia, qui sua negotia potius agerent, vel receptacula ibi habe- rent ad occultanda scelera sua, quam vt charitatem Christi seque- rentur, & peccatorum confessione, accepta venia corrigerentur. G R E. in Hom. Redemptor vero noster prædicationis verba, nec indignis nec ingratis subtrahit. vnde postquam rigorem discipli- næ eiciendo peruersos tenuit, donum his gratiæ ostendit. nā sub- ditur: Et erat docens quotidie in templo. C Y R I L. Decebat autem ex his, que Christus dixerat & fecerat, eū adorare vt Deū, sed ipsi nequaquam hoc facientes, querebant eum occidere. Sequi- tur enim: Principes autem sacerdotum & scribæ & principes ple- bis querebant eum occidere. B E D A. Vel quia quotidie docebat in templo, vel quia latrones eiecerat de templo, vel quia veniens il- luc quasi rex & dominus a credentium turba laudem hymni cœ- lestis acceperat. C Y R I L. Sed populus grauiorem assimationem accepit de Christo quam scribæ & pharisæi & principes Iudeorū, qui fidem Christi non acceptantes alios increpabāt, vnde sequit: Et non inueniebāt, quid facerent illi. Omnis enim populus suspē- sus erat audiens illam. B E D A. Quod duobus modis intelligi potest, quia vel timentes populi tumultum, & non inueniebant quid facerent de Iesu que perdere disposuerunt, vel idē Iesum perdere querebant, quia suo magisterio neglecto, plures ad eū au- diendum confluere cernebat. G R E. in Hom. Mystice autem fi- cut templū Dei in ciuitate est, ita in plebe fidelū vita religiosorū. Et sæpe nonnulli religionis habitū sumunt, & dum sacrorū ordi- num locū percipiunt, sanctæ religionis officium in commercium terrene negotiationis trahunt. Vendentes quippe in templo sunt, qui hoc quod quibusdam iure comperit, ad præmium largiuntur. Iustitiam enim vendere est, hanc pro præmij acceptione seruare. Ementes vero in templo sunt, qui dum hoc persolvere proximo quod iustus est nolunt, dumque rem iure debitā facere contempnūt, dato patronis præmio emunt peccatum. O R I. Si quis ergo ven- dit eiecerit, & præcipue si vendit columbas. Si enim ea que mihi a spiritu sancto sunt reuelata & credita, aut in vulgus præcio ven- didero, aut absq; mercede non docuero, quid aliud facio nisi colū- bam. i. spiritum sanctū vendo? A M B. Generaliter itaq; dñs doc- cet seculares a Dei templo abesse debere cōtractus. Spiritu aliter au- tem numularios repulit, qui de pecunia domini. i. scriptura diu- na lucrū quærunt, nec bona malaq; discernunt. G R E. in Hom. Qui domum Dei speluncam latronum faciūt, quia dum peruersi homines locum religionis tenent, ibi malitiæ suæ gladiis occidit, vbi viuificare proximos orationis suæ interfectione debuerunt. Templum quoque est ipsa mens fidelium, que si in laſone pro- ximi peruersas cogitationes profert, quasi in spelunca latrones re- sident. Cum autem mentem fidelium ad cauenda mala subtiliter erudit, quotidie veritas in templo docet.

Lib. 2. q. 48.

CAP.

Lib. 2. q. 69.



AVGVST. de Con. Euang. Cum memorasset Lucas eiectos de templo ementes, & vendentes, prætermisit quod exibat in Bethaniam, & regrediebatur in ciui- tatem, &

CAP. XX.



T factum est in vna die- rum, docente illo popu- lum in templo, & euan- gelizante, conuenerunt prin- cipes sacerdotum, & scribæ cum senioribus, & aiunt dicentes ad illum. Dic nobis in qua potesta- te hæc facis? Aut quis est, qui dedit tibi hanc potestatem? Re- spondens autem Iesus dixit ad illos. Interrogabo vos, & ego vnum verbum. Respondete mi- hi. Baptismus Ioannis de celo erat, an ex hominibus? At illi cogitabant intra se dicentes. Quia si dixerim? de celo, dicit. Quare ergo non credidistis illi? Si autem dixerimus ex homini-

bus, plebs vniuersa lapidabit nos. Certi enim sunt Ioannem prophetam esse. Et responderūt se nescire vnde esset. Et Iesus ait illis. Neq; ego dico vobis in qua potestate hæc facio. b Cæpit autem dicere ad ple- bem parabolam hanc. Homo quidam plantauit vineam, & lo- cauit eam colonis, & ipse pere- gre fuit multis tēporibus. Et in tpe vindemiæ illō misit ad cul- tores seruū, vt de fructu vineæ darent illi. Qui cæsum dimise- runt eum inanem. Et addidit al- terum seruū mittere. Illi au- tem hunc quoque cædentes, & afficientes contumelia, dimise- runt inanem: & addidit tertium mittere, qui & illum vulneran-

A b EVSEB. Congregatis in vnum principibus populi Iu- deorum in ipso templo, ea que contra ipsum facturi erant & fu- perenturum eis exterminium figurate parabolam protulit. Di- citur enim. Cæpit autem dicere ad plebem parabolam hanc. Homo plantauit vineam. AVGVST. de Con. Euang. Ta- cuit Marthæus bre- uitatis causa, quod Lucas non tacet, pa- rabolam istã nō ad so- los principes dictã, qui de potestate in- terrogauerant, sed ad plebem. A M B. Plerique autem va- rie significationes de vineæ appellatione deriuant, sed eviden- ter Iſaias vineam do- mini sabaoth domū Israel esse memorat. Hanc vineam quis alius nisi deus condi- dit? B E D A. Homo ergo qui planta- uit vineam ipse est, qui iuxta aliam pa- rabolam cōduxit o- perarios in vineam suam. E V S E. Sed parabola, quã Iſaias dicit vineam repre- hendit. Saluatoris vero parabola non est contra vineam dictã, sed de cultoribus vi- neæ de quibus subditur. Et locauit eam colonis, id est seniori- bus populi, & principibus sacerdotum, & doctoribus, & optima- ribus cunctis. T H E O P H. Vel quilibet de populo est vinea, id est etiam cultor, quilibet enim nostrum seipsum colit. Hæc igitur vinea commissa cultoribus, abijt, id est dimisit illos progre- di suo arbitrio. vnde sequitur. Et ipse peregre fuit multis tem- poribus. A M B R O S. Non quia ex loco ad locum profectus est dominus, qui vbique semper præsens est, sed quia presentior est diligentibus, negligentibus abest. Multis autem temporibus abfuit, ne propterea videretur exactio, nam quo indulgentior libe- ralitas, eo inexcusabilior peruitacia. C Y R I L. Vel deus ab- sentiauit se a vinea plurimum annorum curriculum, quia postquam visus est in specie ignis descendisse in montem syna, non amplius visibiliter præbuit eis suam præsentiam. Nulla tamen interpola- tio contigit qua non mitteret Deus prophetas, & iustos com- monetes. vnde sequitur. Et in tpe vindemiæ, illō misit ad cul- tores seruū, vt de fructu vineæ darent illi. T H E O. Dicit au- tem de fructu vineæ, quia non totum fructum, sed aliquid de fru- ctu volebat accipere. Nam quid lucratur Deus a nobis nisi suam notitiam, que etiam est nostra vtilitas? B E D A. Bene autem fructum posuit non prouentum, nullus enim huius vineæ pro- uentus inuentus est. Seruus ergo primus missus est Moyses, qui per quadraginta annos fructum aliquem legis quam dederat a cultoribus requirebat, sed vexatus est propter eos, quia exacer- bauerunt spiritum eius. vnde sequitur. Qui cæsum dimise- runt eum inanem. A M B R O S. Factum est autem, vt plures alios destinaret quos Iudæi inhonores, & inanes sibi de quibus nihil potuerunt proficere dimiserunt. vnde sequitur. Et addi- dit alterum seruū mittere. B E D A. Seruus alter David significatur, qui missus est, vt post ædicta legalia cultores vineæ psalmodiæ modulamine ad exercitium boni operis excitaret. Sed & contra hunc dixerunt. Quæ nobis pars in David, aut quæ hæ- reditas in filio Iſai? vnde sequitur. Illi autem hunc cædentes, & afficientes contumelia dimiserunt inanem. Sed nec sic desitit. Sequitur enim. Et addidit tertium mittere. Per quem pro- phetarum chorum intellige, qui continuis attentionibus popu- lum conuenerunt. Sed quem prophetarum non sunt persecuti vnde sequitur. Qui & illum vulnerantes eiecerunt. His au- tem tribus seruorum gradibus omnium sub lege doctorum figu- ram posse comprehendī, dominus alibi manifestat dicens. Quo- niam necesse est impleri omnia, que scripta sunt in lege Moysi, & prophetis & psalmis de me. T H E O. Prophetis igitur talia mala passus filius destinatur. Sequitur enim. Dixit autem do- minus vineæ, quid faciam? B E D A. Quod dominus vineæ du- bitatiue loquitur, non de ignorantia venit, quid enim nesciat Deus pater? sed ambigere dicitur, vt libera voluntas hominis ser- uetur. C Y R I L. Deliberat etiam secum dominus vineæ quid agat, non quasi carens ministris, sed quia pertractato quolibet ingenio salutis humanæ, populo vero nequaquam adiutor aliud

Lib. 2. q. 70

maius

maius adiungit. vnde consequenter dicit. Mittam filium meum dilectum, forsitan cum hunc viderint verberentur. THEOP. Dixit autem hoc, non tamquam ignorans, quod peius eum essent tractaturi quam prophetas, sed quia oportebat filium eius fieri reuerendum, quod si contumaces fuerint occidendo, hoc cumulat eorum crimē. Ne ergo dicerent aliqui diuinam praesentiam necessario fuisse, inobedientiae causam, id eo sic figurat sermone. A M B R. Filium igitur vniuersum sibi missum perdidit Iudaei quasi haerem remouere cupientes, occiderunt crucifigendo, & eiecerunt negando. vnde sequitur. Quem cum viderent coloni, cogitauerunt intra se dicentes. Hic est haeres. Occidamus eum, ut nostra fiat haereditas. Haeres Christus est, idemque testator, haeres, quia morti propriae superiuit, & testamentorum quae ipse contulit, tamquam haereditaria in nostris profectibus emolumenta consequitur. B E D. Manifestissime autem dominus probat Iudaeorum principes non per ignorantiam, sed per inuidiam crucifixisse filium Dei. Intellexerunt enim hunc esse qui dictum est. Dabo tibi gentes haereditatem tuam. Sequitur enim. Et eiecimus extra vineam occiderunt. Quia Iesus, ut sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est. THEOPH. Sed quia superius populum non Hierusalem loco vineae sumpsimus, forsitan magis proprie dici potest, quod occidit quidem eum populus extra vineam, id est extra populi manus passus est dominus, quia scilicet licet populus ei non proprijs manibus necem intulit, sed tradens hunc Pilato & gentibus. Quidam autem per vineam scripturam intellexerunt, cui non credentes dominum necauerunt, vnde extra vineam, id est extra scripturam dicitur dominus passus. B E D A. Sive eiecimus extra vineam & occisus est, quia prius est ab infidelium corde repulsus, ac deinde cruci additus est. CHR Y. Dispensationis autem non negligentis est post prophetas Christum venisse. Non enim deus omnia repente profecerit, sed descendit propter sui pietatem, quia si post seruos venientem filium contempserunt, multo magis nec antea eum audirent. Qui enim non audiebant minora praeccepta, quomodo audiissent maiora? A M B R O S. Pulchre autem interrogat, ut sua seipsi damnant sententia. Sequitur enim. Quid ergo faciet illis dominus vineae? B A S I L. Hoc autem fit quasi his, qui damnantur nihil habentibus opponere euidencia iuris. Proprium autem est diuine miserationis non infligere poenas silentio, sed praedicere misericorditer, reuocando eos ad penitentiam. vnde & hic sequitur. Veniet & perdet colonos istos, & dabit vineam alijs. A M B R O S. Venturum dominum dicit vineae, quod in filio adit etiam paternae maiestatis, vel quod vltimis temporibus praesentior humanis aspiraret affectibus. C Y R I L. Exclisi sunt igitur Iudaeorum primates quasi Dominicae voluntati repugnantes, & sterilem reddentes vineam sibi commissam. Est autem datus cultus vineae sacerdotibus noui testamenti, cum autem virtutem enigmaris senserunt, recusant illud pati. vnde sequitur. Quo audito, dixerunt illi. Absit. Nec tamen euaserunt ob sui pertinaciam, & inobedientiam erga fidem Christi. THEOP. Aliter autem viderit Mattheus dicere, dominum scilicet quaeuisse. Quid faciet illis cultoribus dominus vineae? Iudaeos vero respondisse. Malos male perdet. Non est autem repugnantia, nam vtrumque factum est. primo enim ipsi promulgauerunt illam sententiam, postea sentientes quo tendebat parabola, dixerunt. Absit. Vt Lucas hic narrat. A V G V S T. de Con. Euang. Vel aliter. In illa de qua loquimur turba erant qui dolose dominum interrogauerat: in qua potestate faceret. Erant etiam qui non dolose, sed fideliter acclamauerunt. Benedictus qui venit in nomine domini. ac per hoc erant, qui dicerent, perdet illos & vineam suam dabit alijs. Quae vox recte etiam ipsius domini fuisse intelligitur, sive propter veritatem, sive propter membrorum eius cum suo capite unitatem. Erant etiam qui talia respondentibus dicerent. Absit, quia intellegebant in seipsis hanc parabolam dictam. Sequitur enim. Ille autem aspiciens eos ait. Quid est ergo hoc quod scriptum est. Lapidem quem reprobauerunt aedificantes, hic factus est in caput anguli? B E D A. q. d. quomodo implebitur haec propheta, nisi quia Christus a vobis reprobatus & occisus, credituris est genibus praedicandus? ut quasi lapis angularis ex vtroque populo vnus sibi templum aedificet? B V S E. Lapis autem dicitur Christi

Lib. 2. c. 70.

flus propter terrestre corpus, abscessus sine manibus secundum visionem Danielis propter ortum ex Virgine. Lapis enim non argenteus, aut aureus, quia non rex aliquis gloriosus, sed homo humilis & abiectus, propter quod aedificantes eum reprobauerunt. THEO. Reprobauerunt enim eum principes populi cum dixerunt. Hic a Deo non est. Ille vero tam utilis fuit, tam electus, ut in capite anguli poneret. C Y R I L. Angulo vero coparate sacra scriptura concurrunt vtriusque populi, Israeliti scilicet, & gentilis in vnam fidem. Compegit enim saluator vtrumque populum in vnum nomen hominem, concilians eos in vno corpore patri. Salubris ergo est lapis angulo factus ab eo. Detrimentum autem inferit Iudaeis impugnantibus hunc spirituum concursum. THEOP. Duas autem condemnationes commemorat. vnam quidem animarum suarum, quam passi sunt scandalizati in Christo. Et hoc tangit cum dicit. Omnis qui ceciderit super lapidem, conuassabitur. Aliam vero capitiuatis & exterminij, quam intulit eis lapis ab ipsis contemptus. Et hoc tangit cum subdit. Supra quem autem ipse ceciderit, comminuet illum, vel ventiletur eum. Sic enim ventiliti sunt Iudaei a Iudaea per vniuersum orbem, vel ab area palaeae. Et attende ordinem, nam praegambulum est scelus in eum commissum, sequitur autem iusta dei vindicta. B E D A. Vel aliter. Qui peccator est, & tamen illi credit, cadit quidem super lapidem, & conuassatur, reseruatur enim per patientiam salutem. Supra quem vero ille ceciderit, hoc est, cui lapis ipse irruerit, quia ipsum negauit, comminuet eum, ut nec terra quidem remaneat, in qua hauriatur aqua pullum. Sive de his dicit, quod cadunt super eum, qui illum modo contempnunt, ideo nondum penitus intereunt, sed conuassantur, ut non recti ambulent. Super quos autem cadit, veniet illis desuper in iudicio cum poena perditionis, ideo comminuet eos, ut sint tanquam puluis, quem proiecit ventus a facie terrae. A M B R O. Vineae etiam typus noster est, Agricola quippe omnipotens pater, vitis Christus, ac vero nos palmites. Recte vinea Christi populus nominatur, vel quod crucis in fronte praetextat iudicium, vel quod fructus ex portrema anni legatur arate, vel quod omnibus, ut ordinibus vinearum, ita pauperibus, atque diuitibus seruis, & Dominis in ecclesia aequa dimensio nulla discretio sit. Et ut vitis maritatur arboribus, ita corpus animae, hanc vineam diligens Agricola fodere, & tendere consuevit, ne luxuriae umbra foliorum verborumque infructuosa iactantia maruritem indolis naturalis impediatur, decet totius orbis esse vindemiam, vbi totius orbis est vinea. B E D A. Vel morali intellectu cuique fidelium vinea quam excolat locatur, dum mysterium baptismi quod exerceat sibi committitur. Mittitur seruus vnus, alter, tertius, cum lex, psalmodia, & propheta legitur. Sed missus seruus contumelijs affectus, vel caesus dicitur cum sermo auditus contemnitur, vel blasphematur. Missum heredem quantum in se est occidit, qui filium dei peccando conculcat, perdit malo cultore, vinea datur alteri, cum dono gratiae, quod superbus spreuit, humilis ditatur. c. ¶ C Y R I L. Decebat quidem principes Iudaeorum intelligentes, quod de ipsis parabola diceretur, a malo sic discere, quasi de futuris instructos, sed hoc non considerantes, occasionem suorum colligunt criminum. vnde dicitur. Et quarebant principes sacerdotum & scribae mittere in illum manus in illa hora. Nec refrenauit eos legis praecceptum quod dicit. Innocentem & iustum non occides, sed contempserunt eum nefandum propositum plebis timor. Sequitur enim. Et timuerunt populum. Praesertim enim diuinae reuerentiae humanum timorem. Quae autem huius propositi fuerit occasio, subditur. Et cognouerunt enim, quod ad ipsos dixerit similitudinem istam. B E D A. Et ita querendo ipsum occidere, docebant vera esse, quae in parabola dixerat. Ipse enim est haeres cuius iniustam necem dicebant esse vindicandam, illi nequam coloni qui dei filium querebant occidere. Hoc etiam quotidie geritur in ecclesia, cum quilibet solo nomine frater, eam quam non diligit ecclesiasticae fidei, ac pacis unitatem propter bonorum multitudinem, vel erube scit, vel immer impugnat. Et quia principes querebant dominum comprehendere, quod per se non poterant, praesidis manibus efficere tentabant. vnde sequitur. Et obseruantes miserunt insidiatores, qui

qui

qui se iustos simulant. C Y R I L. Videbantur enim esse laqueos, erant autem graues, obliui Dei dicentis. Quis hic, qui mihi abscondit consilium? Adeunt enim Christum omnium saluatorem, quasi hominem communem. vnde sequitur. Et caperent eum in sermone, & traderent eum principatui, & potestati praesidis. THEO. Parauerunt autem domino laqueos, illaqueati sunt tamen in eis per des eorum. Audi naeque astutiam. Et interrogauerunt illum dicentes. Magister scimus quia recte dicis & doces. B E D. Blanda & fraudulenta interrogatio illuc prouocat respondens, ut magis Deum quam Caesarem timeat. Sequitur enim. Et non accipis personam hominis, sed in veritate viam dei doces. Et hoc dicit ad hoc, ut dicat non debere tributa solui, ut statim audientes ministri praesidis, qui iuxta alios euangelistas astutiae leguntur, seditionis eum contra Romanos auctorem teneant. vnde consequenter quaerunt. Licet nobis dare tributum Caesari, an non? Erat enim in populo magna seditio, dicentibus alijs pro securitate quae Romani pro omnibus militabant, debere tributa persolui: pharisaeis contradicentibus non debere populum Dei, qui decimas & primitias daret, humanis legibus subiaccere. THEOP. Intendebat ergo, quod si diceret oportere dari censum Caesari, criminaretur a populo quasi seruituti subiiciens gentem. Si vero prohiberet censum reddere, eum repraesentarent vel scismatium praesidi. Ipse vero laqueos eorum effugit. Sequitur enim. Considerans autem dolum eorum dixit ad eos. Quid me tentatis? Ostendite mihi denarium, cuius habet imaginem & superscriptionem? A M B R O. Docet hic loco dominus circumspicos nos in respondendo aduersus haereticos, vel Iudeos esse debere, sicut alibi dixit. Estote astuti sicut serpentes. B E D A. Qui autem putant interrogationem saluatoris ignorantiam esse, dicant ex praesenti loco, quod poruerit scire Iesus cuius imago esset in nummo, sed interrogat, ut ad sermonem eorum competenter respondeat. Respondentes dixerunt, Caesari. Non putemus Caesarem Augustum, sed Tyberium significari. Omnes enim Romani reges a primo. Caesare. Caesares appellati sunt. Ex eorum autem responsione conuenienter dominus quaestionem soluit. Sequitur enim. Et ait illis. Reddite ergo quae sunt Caesari Caesari, & quae sunt Dei Deo. T I T V S. q. d. dicat veritas, operibus obedite. subijctis Caesari seruitutem, suscipistis, quae eius sunt. Date ergo illi censum, Deo timorem. Non enim exigit Deus denarium, sed fidem. B E D A. Reddite etiam Deo quae Dei sunt decimas, scilicet primitias, oblationes, & victimas. THEO. Et attende quod non dixit, Date sed reddite, debicum enim est, tuetur enim te princeps tuus ab hostibus, vitam tuam reddit tranquillam, pro his ergo teneris ei in censu. Sed & hoc ipsum quod offers, nummifera, scilicet ab eo habes. Reddas ergo nummifera regium regi. Deus etiam tibi tradidit intellectum & rationem, restituas hoc ei non comparatus bestijs, sed in omnibus rationabiliter procedens. A M B R. Tu ergo si vis non esse obnoxius Caesari, noli habere quae mundi sunt. Et bene prius quae Caesari sunt reddenda decernit. neque enim potest quis esse domini, nisi prius renunciauerit mundo, quam graui vincula promittere deo & non soluere. maior est contractus fidei, quam praecunij. O R I G E N E S. Habet autem locus iste aliquid mystici. Dux enim sunt imagines in homine. vna quam accipit a Deo, altera inimici. Sicut enim denarius habet imaginem imperatorum mundi, sic qui facit opera tenebrarum portat imaginem eius cuius habet opera. Dicit ergo. Reddite, quae sunt Caesari, hoc est. Abijcite terrenam imaginem, ut possitis vobis imaginem caelestem imponentes reddere quae Dei sunt Deo, ut scilicet Deum diligamus, &c. quae ut Moyses dicit Deus requirit a nobis. Postulat autem a nobis Deus, non quia necessarium habet ut ei aliquid tribuamus, sed ut postquam ei dederimus, hoc ipsum nobis tribuat in salutem. B E D A. Qui autem credere debe-

rant ad tantam sapientiam mirati sunt, quod calliditas eorum infidiandi non inuenisset locum. vnde sequitur. Et non potuerunt verbum eius reprehendere coram plebe & mirati in responso eius tacuerunt. THEO. Hoc enim erat quod praecipue intendebant, increpare eum coram populo, quod obtinere nequiverunt propter sapientissimam eius responsionem. d. ¶ B E D. Dux erant haereses in Iudaeis, vna pharisaeorum qui traditionum, & obseruationum sibi iustitiam praeserebant: vnde, & diuisi vocabantur a populo. Altera Sadduceorum qui interpretantur iusti, vendicantes sibi quod non erant. Illis ergo abeuntibus, hi ad tentandum accesserunt. vnde dicitur. Accesserunt autem quidam Sadduceorum, qui negant esse resurrectionem, & interrogauerunt eum dicentes. Magister, Moyses scripsit nobis, si frater alicuius mortuus fuerit habens uxorem, & hic sine liberis fuerit, ut accipiat eam frater eius uxorem & mortuus est sine filijs. Et sequens accipit illam, & ipse mortuus est sine filio. Et tertius accipit illam, & similiter & omnes septem, & non cum corpore. Hi ergo verbis saluatoris insidiantes, eo tempore quaestionem proposuerunt quo eum viderunt de resurrectione docere discipulos. vnde sequitur. Et interrogauerunt eum dicentes. Magister scripsit nobis Moyses. Si frater alicuius mortuus fuerit habens uxorem, & hic sine filijs fuerit, ut accipiat eam frater eius in uxorem & suscipiat semen fratri suo. A M B R O S. Secundum legis litteram, nubere cogitur etiam inuita, ut defuncti semen excitet frater. Spiritus autem magister est castitatis. THEO. Sadducei autem fragile fundamentum substituentes, non credebant resurrectionis sermonem. Opinantes enim carnalem esse futuram vitam in resurrectione merito fallabantur, & ideo tamquam impossibile calumniantes dogma resurrectionis, fingunt hanc narrationem dicentes. Septem ergo fratres erant, & primus accipit uxorem & mortuus est sine filijs, & sequens accipit illam, & mortuus est sine filio, & tertius accipit illam, & similiter omnes septem, & non reliquerunt semen, & mortui sunt. Nouissime autem omnium mortua est, & mulier. B E D A. Hanc fabulam confingunt, quae deliramenti arguat eos, qui resurrectionem asserunt mortuorum. Turpitudinem ergo fabulae opponunt, ut resurrectionis denegent veritatem. vnde subditur. In resurrectione ergo cuius erit vxor? siquidem septem habuerunt eam uxorem. A M B R. Mystice haec mulier Synagoga est, quae septem viros habuit, sicut dicitur Samaritanae, quinque viros habuisti, quia Samaritana tantum quinque libros Moysi, Synagoga septem sequitur principaliter, & de nullo propter perfidiam suam haereditariae potestatis semen accipit. & ideo partem cum viuis suis in resurrectione habere non potuit, quia spiritalis praecceptum secundum sensum carnis inuertit: non enim frater carnalis aliquis denunciatus est, qui semen fratris suscitaret defuncti, sed ille de mortuo populo Iudaeorum, sapientiam sibi diuini cultus assilceret in uxorem, atque ex ea semen in Apostolis suscitaret, quae defunctorum reliquij Iudaeorum, informes adhuc in synagoga vtero derelicti, secundum electionem gratiae referuari noui seminis admixtione meruerunt. B E D A. Sive septem hi fratres reprobus congruunt, qui per totam huius saeculi vitam, quae septem diebus voluitur, a bonis operibus steriles existant, quibus iunctim morte praereptis, ad vltimum & ipsa mundana conuersatio quasi vxor infanda transibit. THEO. Dominus autem ostendens resurrectionem non esse futuram conuersationem carnalem, eorum dogma euulsi simul cum fragili fundamento. vnde sequitur. Et ait illis Iesus. Filij huius saeculi nubunt, & traduntur ad nuptias. A V G V S T. de Quae. euang. Quia connubia propter filios, filij propter successionem, successio propter mortem: vbi ergo mors non est, neque connubia. vnde sequitur. Illi vero qui digni habebuntur saeculo illo, & resurrectione ex mortuis, neque nubunt, neque ducunt uxores. neque enim ultra mori poterunt. B E D A. Quod non ita intelligendum est, quasi soli digni vel resurrexerunt, vel sine nuptijs futuri sint, sed omnes etiam peccatores resurrexerunt, & abique nuptijs sunt in saeculo illo mansuri. Dominus autem ut ad resurrectionis gloriam inquir-

Lib. 2. q. 49.

rendam